



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Flores Meditationvm


Bebius, Philippus

Coloniae Agripp., 1623

Medit. 9. De fuga in AEgyptum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](#)

ptatibus renunciant, carnem suam mortificāt,
& sanctis diuini seruitij officijs se occupant.



MEDITATIO IX.
DE FVGA IN AEGY-
PTVM.

PVNCTA MEDITATIONIS.

- I. Herodes volens Iesum interficere, multos pueros occidi curauit. *Matt. 2.*
- II. Ioseph nocte cum puerō & matre in AEgyptum fugit; ibique hæsit, usque ad obitum Herodis.
- III. Quo defuncto monuit denuo Iosephum Angelus, vt rediret in Iudeam. Sed auditio Archelaum ibi regnare, secessit in Nazareth. Vnde Nazarens dictus est.

F I G V R Æ.

- 1. Iacob persecutionem passus ab Esau, fugit, & peregrinatum abiit in Mesopotamiam, donec furor & indignatio fratris sui requiesceret. *Gen. 27.*
- 2. Moyses, à Pharaone ad cedē quæsus, fugit in terram Madian. Pharaonis mens Hebreos mandauit obstetricibus, ut omnes infantes masculos Hebræorū mox post partum interficerent. *Exod. 1.*

B 3

3. At

4. Reg. 11. 3. At talia ex cupiditate regnandi curauit occidi omnes filios stirpis regie; solus autem Iosas minor filius regis, saluus evasit, quem Iosaba soror regis absconderat, usque ad annum aetatis septimum.

Exod. 4. 4. Dixit Dominus ad Moysen. Vade & reuertere in AEgyptum, mortui enim sunt omnes, qui quarebant animam tuam.

P R O P H E T I A.

Esa. 19. 1. **E**cce Dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur Agyptum, & commouebuntur simulachra Aegypti a facie eius.

Esa. 29. 2. Et cognoscetur Dominus ab AEgypto, & cognoscent AEgyptij domum in die illa.

Hier. 31. 3. Vox in excelso audita est lamentationis, luctus & fletus Rachel, plorantis filios suos, & nolentis consolari super eos, quia non sunt.

Ose. II. 4. Ex Agypto vocavi filium meum.

D O C V M E N T A.

IOSEPH monitus ab Angelo de fuga in Agyptum, licet res adhuc longius abesset a periculo, mox nulla interposita mora nocte surrexit, & cum Matre ac pueri via se dedit. Quo in facto religiosi praeclarum

rum exemplum habent & promptitudinis, quam debent ostendere in perficiendis Superiorum suorum mandatis, & simplicitatis iudicij, ne velint se occupare in dijudicanda superiorum voluntate, recte, an secus, hoc vel illud mandarint.

2. Christus simulatqae natus est cœpit pati persecutio[n]es & exilia. Vnde discimus, nos cōuenienter dicto sapientis, ab initio vita nostræ debere paratos esse ad temptationem; nec turbari, si quando variis afflictionibus agitetur; scientes inseparabilem virtutum comitem esse tribulationes.

3. Christus ab Herode persecutus fugit in A Egyptum, vt daret nobis exemplum non resistendi persecutionibus, aut vindictam de ijs sumendi: Debenus enim potius eorū persecutio[n]es patienter tolerare; & furori eorum cedere, imò pro eis; vt nos Christus ipse docuit orare.

4. Christus caput nostrum & pastor fugit persecutiones Herodis, non quod timeret, sed vt exemplum Pralatis & Pastoribus daret fugiendi persecutiones, si quando eorum salus est Ecclesiæ necessaria, & subditi ex eorum absentia nullum patientur detrimentum; id enim & Dominus ipse Apostolis consuluit.

5. Fuga quoque Christi in Agyptum significat quemadmodum homo iustus à periculo peccati, configere debeat ad statum pénitentia[re], in quo perseverandum ei est usque ad obitum Herodis, hoc est, donec cessent impugnationes inimici, & affectus animi sint mortificati.

6. Christus ab exordio vita usque ad mortem continenter passus est persecutiones, sic Christianus, qui vult imitari Christum, cogi-

Eccles. 1.

Matt.
10.

tare debet, totam vitam suam debere esse cōtinuam tentationem, secundūm dictum patientissimi Job. Tentatio est vita hominis super terram. Et Apostoli. Omnes, qui piē viuere volunt in Christo Iesu persecutionem patientur.

Job. 7. 7. Qui opere vel consilio conantur impedi-
re aliquod bonum opus, similes sunt Aegyptijs, qui curarunt occidi omnes infantes populi Israelitici, iimō cum Herode persequuntur, Christum ut eum occidant in ipsa natuitate,
1. Tim. 3. 8. Ioseph ex AEgypto reuersus in terram Israhel, etiamsi sciret Deum esse protectorem pueri Iesu, nec quenquam posse ei nocere, tamē metu Archelai Herodis filij, noluit redire in Iudæam. Vnde discimus homines iustos, quantumuis sanctos, & de sua in virtute cōstantia & salute securos, non debere se obijcere periculis, & Deum tentare, sed debere fugere omnes occasiones, quæ eos in periculum peccati aliamve temptationem coniūcere possent.



MEDITATIO X. DE INVENTIONE PV- ERI IN TEMPLO.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. Iesus annorum 12. profectus est Ierusalem: cum parentibus secundum consuetudinem festi.

Reman-